



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

14. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

XII. Itaque censuimus homicidas & falsos testes à communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

Conc. Agath.
c. 37.
Burchard. lib.
6. c. 29.

De eadem re. *Ex Concilio Nannetensi.*

XIII. Si quis voluntariè & per insidias hominem interfecerit, jugi se pœnitentiæ submittat. Et si hoc publicè actum constat, si laicus est, à communione orationum quinquennio removeatur; post quinquennium in orationum communione recipiatur; * non autem simul offerat, non corpus Domini contingat. in quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

Concil. Nannet.
c. 17.
Burchard. lib.
6. c. 12.

* *Sequentia non extant in cod. MS.*

De eadem re. *Ex eodem.*

XIV. In Exodo Dominus dicit de homicidiis: *Si quis de industria & per insidias hominem occiderit, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.*

Concil. Nannet. ibid.
Exod. 21.

De homicidiis non sponte commissis.

Ex Concilio Ancyrano.

XV. De homicidiis non sponte commissis prior quidem diffinitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcepit, secunda verò quinquennij tempus explere.

Concil. Ancyran.
c. 22.
Halitgar. [lib.
4. c. 2.
Burchard. lib.
6. c. 15.